

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

*Manipulus florum*, Temperancia a:

Munus temperancie est in cohercendis sedandisque cupiditatibus, quibus contrariamus in ea que nos auertunt a legibus Dei et a fructu bonitatis eius,

cuius officium

est contemnere omnes corporeas illecebras laudemque popularem.

Augustinus in libro de moribus ecclesie.

Temperancia a  
cum fontibus proximo et primo

Fons proximus:



Dicit enim Augustinus, in libro *de Moribus Eccle.*, quod munus temperantiae est in coercendis sedandisque ← cupiditatibus, quibus inhiamus in ea quae nos auertunt a legibus Dei et a fructu bonitatis eius.

Et post pauca subdit quod

officium temperantiae

est contemnere omnes corporeas illecebras,  
laudemque popularem.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 141.4.1 (P. Caramello ed., p.615).

Fons primus:

Itaque prius temperantiam uideamus, quae nobis amoris illius quo innectimur deo integritatem quandam et incorruptionem pollicetur.

Munus enim eius est in coercendis sedandisque  
cupiditatibus, quibus inhiamus in ea quae nos auertunt  
a legibus dei et a fructu bonitatis eius,  
quod est, ut breui explicem, beata uita.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, 1.19 (J. Bauer ed., CSEL 90, pp.39-40, ll.2-8).

Omne igitur

officium temperantiae

est exuere ueterem hominem, et in deo renouari; id  
est contemnere omnes corporeas illecebras  
laudemque popularem  
totumque amorem ad inuisibilia et diuina conferre.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, 1.19 (J. Bauer ed., CSEL 90, p.41, ll.11-14).